

فَلَمَّا دَعَهُمُ الْمُسْلِمُونَ أَنْ يَأْتُوْهُمْ مَعَ الْأَنْذِيرِ<sup>(١)</sup> قَالُواْ إِنَّا نَحْنُ مُحَاذِنُونَ<sup>(٢)</sup> لَمَّا سَمِعُواْ مَنْ دَعَهُمْ أَنْ يَأْتُوْهُمْ مَعَ الْأَنْذِيرِ<sup>(٣)</sup> قَالُواْ إِنَّا مُؤْمِنُونَ<sup>(٤)</sup> لَمَّا سَمِعُواْ مَنْ دَعَهُمْ أَنْ يَأْتُوْهُمْ مَعَ الْأَنْذِيرِ<sup>(٥)</sup> قَالُواْ إِنَّا نَحْنُ مُحَاذِنُونَ<sup>(٦)</sup> لَمَّا سَمِعُواْ مَنْ دَعَهُمْ أَنْ يَأْتُوْهُمْ مَعَ الْأَنْذِيرِ<sup>(٧)</sup> قَالُواْ إِنَّا مُؤْمِنُونَ<sup>(٨)</sup> لَمَّا سَمِعُواْ مَنْ دَعَهُمْ أَنْ يَأْتُوْهُمْ مَعَ الْأَنْذِيرِ<sup>(٩)</sup> قَالُواْ إِنَّا نَحْنُ مُحَاذِنُونَ<sup>(١٠)</sup> لَمَّا سَمِعُواْ مَنْ دَعَهُمْ أَنْ يَأْتُوْهُمْ مَعَ الْأَنْذِيرِ<sup>(١١)</sup> قَالُواْ إِنَّا مُؤْمِنُونَ<sup>(١٢)</sup> لَمَّا سَمِعُواْ مَنْ دَعَهُمْ أَنْ يَأْتُوْهُمْ مَعَ الْأَنْذِيرِ<sup>(١٣)</sup> قَالُواْ إِنَّا نَحْنُ مُحَاذِنُونَ<sup>(١٤)</sup> لَمَّا سَمِعُواْ مَنْ دَعَهُمْ أَنْ يَأْتُوْهُمْ مَعَ الْأَنْذِيرِ<sup>(١٥)</sup> قَالُواْ إِنَّا مُؤْمِنُونَ<sup>(١٦)</sup> لَمَّا سَمِعُواْ مَنْ دَعَهُمْ أَنْ يَأْتُوْهُمْ مَعَ الْأَنْذِيرِ<sup>(١٧)</sup> قَالُواْ إِنَّا نَحْنُ مُحَاذِنُونَ<sup>(١٨)</sup> لَمَّا سَمِعُواْ مَنْ دَعَهُمْ أَنْ يَأْتُوْهُمْ مَعَ الْأَنْذِيرِ<sup>(١٩)</sup> قَالُواْ إِنَّا مُؤْمِنُونَ<sup>(٢٠)</sup>

## Liber secundus Clementis.

*Præcepta, canones et statuta, que Dominus noster Jesus Christus prescripsit circa ordinem baptizandorum.*

### I.

#### *Hæc autem de laicis.*

Qui primo accedunt ad verbum audiendum, antequam in cœtum communem ingrediantur, primo adducantur ad doctores domi, diligentiaque penitus adhibita, tota investigetur causa, ita ut doctores noscant, quare nisi accesserint, et qua voluntate: et, si bona quidem voluntate et ex desiderio (ingrediendi vitam) accesserint, studiose instruantur.

Oblatores autem ipsorum sint ætate proiecti, fideles, ecclesiæque noti; prohibeantque de iis testimonium illos esse idoneos ad audiendum (verbum).

Inquiratur quoque de moribus et de vita accedentium, utrum sint non contentiosi, quieti, humiles, neque inania loquentes, an contemptores, turpia loquentes, jocosi, deceptores et ad risum provocantes.

Insuper et inquiratur, an quis illorum uxorem habeat vel non; et, si sponte sua non habeat, instruatur cum assiduitate et studio, rogetur admodum benigne, ut menda sua corrigat. Episcopus vero curet in Domino eumdem adhortationibus propheticis, quæ ipsum ad puritatem perducant, [fol. 346 r. col. 1] instruendum, et, si progreditur, imbuat illum tum doctrinis apostolicis, tum deinde evangelicis, verbisque integro institutionis, et, si dignus habeatur, baptizetur, et, si ita dignus censeatur,

(1) Cod. S non nisi excerpta quædam exhibet ex lib. II. Testamenti sub hoc titulo:  
 — Codex B ita describit titulum hunc: **لِكَانَتْ كَلْمَةُ مُحَمَّدٍ حَسَنَةً أَكْثَرَ مُؤْمِنَاتِهِ**.

(2) Sic in cod. B. — In cod. M redundat **أَنْ** ante **لِكَانَتْ**.

(3) Cod. B habet **لِكَانَتْ**.

(4) Cod. B habet **كَلْمَةً مُحَمَّدٍ**.

(5) Cod. M habet formam sing. **لِكَانَتْ كَلْمَةً مُحَمَّدٍ**.

qui arcana audiat, audiat segregatum: siquidem et in abscondito pro-  
greditur.

Cupienti matrimonio conjungi, nullum fiat obstaculum, ne forni-  
catione a satana irretiatur. Ineat vero matrimonium cum muliere fidelis  
christiana, ex genere christianorum, quæ valeat suum virum in fide  
conservare; (idque fiat) præcipiente et curam gerente episcopo.

Acedens ad audiendum (verbum), interrogetur quoque, utrum sit  
servus an liber, et utrum sit servus viri fidelis, dominusque sinat illum  
audire. Si vero dominus non sit fidelis, neque illum sinat (audire),  
supplicetur, ut sinat. Si vero dominus veraciter dicat servum velle  
christianum fieri ex odio in dominos suos, repellatur talis servus. Si  
tamen nullatenus probari possit in dominum servi odium, et ille servus  
velit christianus fieri, admittatur ad audiendum.

Servus, in cuius gratiam dominus christianus testimonium non per-  
hibet, repellatur.

Quævis uxor doceatur suo viro in timore Dei placere. Quod si  
uterque eorum, pietatis causa, continentiam servare voluerint, mercedem  
habebunt.

Qui conjugio ligatus non est, ne fornicetur, sed legitimum ineat  
matrimonium. Quod si cupiat sic manere, maneat in Domino.

Qui a dæmonie vexatur, minime audiet verbum a præceptore,  
donec mundetur. Mens enim verbum immateriale et sacrum nequa-  
quam suscipit, dum spiritu materiali flagrat. Postquam vero mundatus  
ille fuerit, erudiatur verbo.

(1) Hic incipiunt in cod. S excerpta ex lib. II Testamenti.

(2) In cod. S pro his ita legitur. *τοις διαβόλοις πάντας τοις διαβόλοις πάντας*.  
*τοις διαβόλοις πάντας τοις διαβόλοις πάντας*.

(3) Legendum videtur *τοις διαβόλοις πάντας τοις διαβόλοις πάντας*, quod habent codices S M. B.

(4) In cod. S *πάντας*.

(5) In cod. S *πάντας*.

(6) Sic in cod. S. — Codex M omittit *τοις διαβόλοις πάντας* ex incuria amanuensis.

(7) Sic in codicibus S B. — Cod. M habet *τοις διαβόλοις πάντας*.

(8) Pontifex idolorum, aut eorumdem custos non sunt admittendi.

(<sup>1</sup>) **لَهُمْ لِغْزٌ مُّخْبِرٌ إِنَّمَا يَعْلَمُ مَا يَأْتِي أَنَّهُمْ لَا يُفْطِرُونَ**.  
 (<sup>2</sup>) **لَهُمْ لِغْزٌ مُّخْبِرٌ إِنَّمَا يَعْلَمُ مَا يَأْتِي أَنَّهُمْ لَا يُفْطِرُونَ**.  
 (<sup>3</sup>) **لَهُمْ لِغْزٌ مُّخْبِرٌ إِنَّمَا يَعْلَمُ مَا يَأْتِي أَنَّهُمْ لَا يُفْطِرُونَ**.  
 (<sup>4</sup>) **لَهُمْ لِغْزٌ مُّخْبِرٌ إِنَّمَا يَعْلَمُ مَا يَأْتِي أَنَّهُمْ لَا يُفْطِرُونَ**.  
 (<sup>5</sup>) **لَهُمْ لِغْزٌ مُّخْبِرٌ إِنَّمَا يَعْلَمُ مَا يَأْتِي أَنَّهُمْ لَا يُفْطِرُونَ**.

Horum quidem, si quis vult fidelis fieri, necesse est, ut antea desistat ab hujusmodi operibus, et postquam ex industria fidem fuerit professus baptizatusque, admittatur et communicet. Sin vero desistere recusat, abiiciatur.

Magister puerorum in scientia profana, optimum est si a munere desistat; quod si(<sup>1</sup>) non habeat aliud munus, quo lucretur, quæ ad vivendum necessaria sunt, indulgentia erga eum habeatur.

Si quis miles vel constitutus in magistratu sit, doceatur non opprimere, neque interficere, neque diripere, neque irasci, neque excan-descente, neque quemquam iniuria afficere, sitque contentus stipendiis [col. 2], quæ ipsi dantur.

Volentes autem illi in Domino baptizari, omnino renunciant militie vel magistrati(<sup>2</sup>): secus minime admittantur.  
 Si quis catechumenus(<sup>3</sup>) aut fidelis vult fieri miles, desistat ab intentu hujusmodi, aliter reprobeatur, utpote qui suo consilio Deum contempserit, et, spiritualia posthabens, in carne (i. e. in corporalibus seu temporalibus) melior evaserit, fidem despiciens.

Adultera, vel luxuriosus, vel ebriosus, si ab hujusmodi vitiis cessa-  
 sent, velintque fidem professi catechesi instrui, possunt (admitti), et,  
 facto deinde progressu, baptizentur quoque: secus vero repellantur.

Si cuiuspiam concubina, quæ serva sit, velit fidem profiteri, ad-mittatur ad audiendum (verbum), dummodo prolem suam elevet, et a domino suo recedat, vel ipsi uni matrimonio coniungatur; suscepto que deinde baptismo, communionis eucharistiae particeps fiat. Secus autem reiiciatur.

(<sup>1</sup>) In cod. S desunt haec آنَهُمْ لَا يُفْطِرُونَ وَلَهُمْ لِغْزٌ مُّخْبِرٌ.

(<sup>2</sup>) Cod. B habet آنَهُمْ لَا يُفْطِرُونَ.

(<sup>3</sup>) Sic in codicibus S B. — Cod. M habet آنَهُمْ لَا يُفْطِرُونَ وَلَهُمْ لِغْزٌ مُّخْبِرٌ.

(<sup>4</sup>) Cod. S habet آنَهُمْ لَا يُفْطِرُونَ.

(<sup>5</sup>) Cod. B habet formam plur. آنَهُمْ لَا يُفْطِرُونَ.

(<sup>1</sup>) In versione copto-arab. legitur «quod si non habeat aliud munus, moneatur a sacerdote, ne idolorum nomina proferat (coram discipulis), et sic recipiat».

(<sup>2</sup>) In versione copto-arab. praeterritum remittitatio militæ et magistratus (Cf. proleg. nostra cap. VI).

(<sup>3</sup>) Hæc quoque suppressa fuerunt ab interprete coptico-arabicae versionis.

لَهُ مَنْتَهَى الْمُرْكَبَةِ . إِذْ فَرَّاهُمْ كَمْ يَعْلَمُونَ . فَرَأَى  
إِنْتَهَى مَنْتَهَى الْمُرْكَبَةِ . إِذْ فَرَّاهُمْ كَمْ يَعْلَمُونَ . لَفَظُهُمْ  
أَنْتَهَى مَنْتَهَى الْمُرْكَبَةِ . إِذْ فَرَّاهُمْ كَمْ يَعْلَمُونَ . لَفَظُهُمْ  
أَنْتَهَى مَنْتَهَى الْمُرْكَبَةِ . إِذْ فَرَّاهُمْ كَمْ يَعْلَمُونَ . لَفَظُهُمْ  
أَنْتَهَى مَنْتَهَى الْمُرْكَبَةِ . إِذْ فَرَّاهُمْ كَمْ يَعْلَمُونَ . لَفَظُهُمْ  
أَنْتَهَى مَنْتَهَى الْمُرْكَبَةِ . إِذْ فَرَّاهُمْ كَمْ يَعْلَمُونَ . لَفَظُهُمْ

Reus rerum nefandarum, divinator, aut magus, aut necromantiam  
exercens, uti polluti habentur, neque in iudicium venient.  
Incantor, astrologus, somniorum interpres, hariolus, populi conci-  
tator, siderum speculator, idolorum vates, aut desistant a talibus et  
proinde exorcizentur atque baptizentur: secus abiificantur.  
Habens concubinam, illam repudiet, coniugiumque legitimum ineat,  
et sic audiat verbum catecheseos.

## III.

Qui tamquam catechumenus omni diligentia eruditur audiens evan-  
gelii traditionem, non minus quam tribus annis eruditur. Si autem cupiat  
supplicetque (ante prefatum tempus) baptismum suscipere, baptizetur.  
Qui autem fuit misis, humiliis, diligens, assiduus, perseverans penes  
eum, qui ipsum docet, in labore, in vigiliis, in confessione, in subiectione  
et orationibus, et baptizari voluerit statim (ante explatos tres annos),  
baptizetur: non enim temporis spatium judicari debet, sed voluntas fidei.

## IV. (\*)

Silente praceptore, catechumeni orient seorsim a fidelibus, egredian-  
turque, ut fideles discant, dum legit presbyter vel diaconus novum  
testamentum aut evangelia.

Mulieres fideles adstant in ecclesia seorsim, seorsimque etiam  
mulieres catechumenæ, separatae a mulieribus fidelibus, et utraeque  
seorsim a viris. Adolescentulæ quoque stent seorsim, quæque in  
ordine suo.

Stent viri e latere dextero et mulieres e latere sinistro. Virgines  
fideles primum occupent locum, et post eas catechumenæ, quæ virginini-  
tatem vovere volunt.

Post orationem [col. 3] catechumeni mutuo dent sibi pacem, viri  
viris, mulieres mulieribus.

Mulier quælibet caput operiat suum et crines. Mulieres sese ex-

(\*) Sic in cod. B. — Cod. M. habet *اللهم* [col. 3].

(\*\*) Cod. B perperam legit *لله*.

(†) Desunt in cod. B hæc verba *لله* — *آمينا*.

(‡) Fere integrum hoc caput deest in versione copio-arab.

hibeant graves et decentes in suo ornatu, neque plexis crinibus, vel  
(pretiosis) lapidibus se orment, ne forte juvenes, qui in ecclesia sunt,  
irretiantur. Itaque mulieres in ecclesia stent modeste et scienter: secus  
a viduis habentibus praecedentiam sessionis admoneantur, et, si in  
eadem audacia persistent, corripiantur ab episcopo.

V.(<sup>1</sup>)

Episcopus vel presbyter super catechumenos, postquam precati  
fuerint, manum imponat, recitetque orationem manus impositionis  
super eos.

## Oratio super catechumenos.

Deus, qui tonitrua demittis et fulgura paras, qui cœlum condi-  
disti, et terram firmasti, qui fideles illuminas, aberrantes convertis, qui  
mortuos vitæ restituisti et spe destitutis spem tribuisti, qui mundum  
ab errore liberasti, per descensum Unigeniti Filii tui Iesu Christi,  
exaudi nos Domine et da hisce animabus intelligentiam, completionem  
(i. e. perfectionem), fidem non anticipem et agnitionem veritatis, ut  
fiant in gradum isto superiorem per sanctum nomen tuum dilectique  
Fili tui Jesu Christi, per quem tibi gloria et imperium cum sancto  
spiritu nunc et semper et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Hisce expletis, dimittantur.

Si (<sup>2</sup>) quis, dum adhuc catechumenus est, propter nomen meum  
apprehendatur et damnetur ad cruciatum, festinansque currat, ut suscipiat  
baptismum, ne anceps hæreat pastor, sed ipsi conferat baptismum.  
Quod si ille violenter interficiatur ante susceptum baptismum, ne sit  
perplexus: justificatus enim ipse fuit, cum fuerit baptizatus proprio

(<sup>1</sup>) Deest in cod. B أَنْتَ مُحَمَّدٌ أَنْتَ رَبُّنَا.

(<sup>2</sup>) Cod. B habet أَنْتَ مُحَمَّدٌ أَنْتَ رَبُّنَا.

## VI.

Cum singillatum eligantur suscepturi lavacrum, examinentur et  
investigetur antea, quomodo se gesserint, dum catechesi instruebantur,  
num viduas honorant, ægrotos visitarint, omnique humilitate et chari-  
valde contracta.

tate incresserint, an studiosos se præbuerint in bonis operibus. Per-  
hibeatur quoque de ipsis testimonium eorum, qui illos adduxerunt.  
Quotidie, postquam audierint evangelium, illis manus imponentur.  
Exorcizentur inde a die, quo eliguntur. Baptizentur autem diebus  
paschæ. Adpropinquabitus igitur illis diebus, episcopus exorcizet  
singulos seorsim, ut persuasum habeat singulos mundos esse. Si enim  
contingit, aliquem mundum non esse, vel possideri a spiritu impuro, ab  
ipso [fol. 346 v. col. 1] spiritu impuro redarguitur.

Qui reperiatur itaque coercitus tali impedimento, recedat de medio,  
reprehendaturque et vituperetur, utpote qui nequaquam fideliter verbum  
præceptorum et admonitionis audierit, cum spiritus malus et alienigena  
commoratus sit in ipso.

Doceantur suscepturi baptismum solummodo feria quinta (<sup>1</sup>) ultimæ  
hebdomadæ se lavare et caput tergere.  
Si quæ autem mulier fluxu consueto sit affecta, adsumat sibi alium  
quoque diem præcedenter se lavans atque tergens.  
Jejunent autem feria sexta et sabbato.

## VII.

Die autem sabbati congreget episcopus suscepturos lavacrum  
(sacrum) et, clamante diacono, jubeat genua flectere. Facto deinde  
silentio, manum super eos imponat, et exorcizans dicat:

*Exorcismus ante baptismum.*

Deus cœlorum, Deus lumen, Deus archangelorum, qui sub tua  
virtute sunt, Deus angelorum, qui sub tuo imperio sunt, rex gloriarum  
et dominationum, Deus sanctorum, Pater Domini nostri Jesu Christi,  
qui animas, quæ constrictæ erant morte, liberasti, qui (hominem)  
qui tenebris confixus erat, per confixionem passionis  
Unigeniti tui illuminasti, qui funicula nostra solvisti et omne pondus  
a nobis removisti, qui omne satanæ bellum a nobis propulsasti, Fili et

<sup>(1)</sup> Cf. quæ de hoc usu perantiquo dicemus infra in dissert. de baptismo.

لَذْلَهَ مِنْهُمْ لَمْ يَرَيْهُمْ وَهُمْ مِنْهُمْ لَمْ يَرَوْهُ . فَيُقْسِمُ  
 لَهُمْ كُلُّهُمْ بِنَعْمَةِ الْمُهْدِيِّ إِلَيْهِ . بَلْ كُلُّهُمْ مُنْهَدِّ  
 بِأَنَّهُمْ مُغَارِبُ نُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ  
 يَمْتَلِئُ كُلُّهُمْ بِنُورٍ . كَمْ مُنْهَدِّ بِأَنَّهُمْ مُغَارِبُ  
 نُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ يَمْتَلِئُ  
 كُلُّهُمْ بِنُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ  
 يَمْتَلِئُ كُلُّهُمْ بِنُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ  
 يَمْتَلِئُ كُلُّهُمْ بِنُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ  
 يَمْتَلِئُ كُلُّهُمْ بِنُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ  
 يَمْتَلِئُ كُلُّهُمْ بِنُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ  
 يَمْتَلِئُ كُلُّهُمْ بِنُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ  
 يَمْتَلِئُ كُلُّهُمْ بِنُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ  
 يَمْتَلِئُ كُلُّهُمْ بِنُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ  
 يَمْتَلِئُ كُلُّهُمْ بِنُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ  
 يَمْتَلِئُ كُلُّهُمْ بِنُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ  
 يَمْتَلِئُ كُلُّهُمْ بِنُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ  
 يَمْتَلِئُ كُلُّهُمْ بِنُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ  
 يَمْتَلِئُ كُلُّهُمْ بِنُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ  
 يَمْتَلِئُ كُلُّهُمْ بِنُورٍ . فَلَمَّا هُوَ مُغَارِبُ نُورٍ كُلُّهُمْ

Verbum Dei, qui morte tua nos immortales effecisti, gloria tua glorificasti, passione tua omnia reatum nostrorum vincula dissolvisti, per crucem tuam scelerum nostrorum maledictionem portasti, et per resurrectionem tuam docuisti ex hominibus fieri deos. Tu qui nostram cladem super te suscepisti, tu nobis viam in celum stravisti, et nos corruptos mutasti in incorruptos. Audi me, Domine, ad te cum in ore et me tu clam: Domine Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, coram eo, coram quo stant sanctae virtutes archangelorum, cherubim, innumerabilem exercitum, principium, atque seraphim; velum tuum lux est, et coram tua facie ignis (ardet); thronus tuæ gloriae ineffabilis est, et indicibiles sunt mansiones deliciarum tuarum, quas preparasti tuis sanctis, quorum amictus et gaza tibi soli tuisque sanctis angelis visitabiles sunt. Trepidant cuncta coram te, teque collaudant; adspectus tuus montes metitur, et nomen tuum, cum profertur, abyssos scindit. Te velant cœli, qui in manu tua includuntur, a te tellus [col. 2] et abyssi simul contremiscunt, pelagus et dracones, qui in eo sunt, commovenatur, animal rapax trepidans te veretur. (Tu es), per quem, præ metu, liquefunt montes et firmamenta terræ; præ tua potentia tremit pavitarque hiemis turbo, procella iræ sibi definitos limites servat propter te; ignis vindictæ prescriptum sibi præceptum nequaquam transgreditur, sed sistit coactus im mandato tuo; universa creatura propter te emitit partus gemitus, jussa usque ad tempus sibi constitutum commorari. A te fugit omnis natura et creatura adversa, per te subjugatur omnis adversarii militia, diabolusque prostratus (procumbit), serpens conculatus, et draco imperfectus. Gentes vero, quæ te confessæ sunt, per te, Domine, illuminatae et corroboratae fuerunt. Per te vita revelatur, spes firmatur, fides consolidatur et nuntius lætus prædicatur. Per te corruptela abolita est, et incorruptibilitas constituta. Homo tuis manib[us] fuit eformatus ex terra, postquam vero in te credit, non amplius terra est.



لَمْ يَكُنْ . نَعْلَمُ مِنْ قَبْلِهِ . سَوْدَانَةَ حَيْفَةَ حَتَّىَ جَاهَفَ .  
 لَمْ يَكُنْ . حَلَّ لَحْمَ . حَلَّ سَرْرَةَ . نَعْلَمُ بِهِ . حَدَّ دَهْلَلَهَ .  
 لَمْ . حَدَّ دَهْلَلَهَ بِهِ دَهْلَلَهَ . حَدَّ دَهْلَلَهَ .  
 لَمْ : (١) دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ . حَدَّ دَهْلَلَهَ .  
 لَمْ : (٢) دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ . حَدَّ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ .  
 لَمْ : (٣) دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ . حَدَّ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ .  
 لَمْ : (٤) دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ . حَدَّ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ .  
 لَمْ : (٥) دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ . حَدَّ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ .  
 لَمْ : (٦) دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ . حَدَّ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ .  
 لَمْ : (٧) دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ . حَدَّ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ .  
 لَمْ : (٨) دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ . حَدَّ دَهْلَلَهَ دَهْلَلَهَ .

inventus fuerit immundus, insufflet in ipsos, signet eos in fronte, ad nares, ad pectus, ad aures et sic eosdem in ordine disponat.

## VIII.

Diebus autem quadraginta paschae maneat populus in templo, vigilans, orans, audiensque scripturas, hymnos et sermones doctrinae. Sabbato autem ultimo vigilent nocte (fideles in ecclesia) cum exorcizantur catechumeni, usque ad medianam noctem ejusdem sabbati. Suscepturni baptismum nihil secum afferant, prater unum panem ad eucharistiam.

Hoc autem modo baptizentur, dum accedunt ad aquas, quae debent esse mundae et fluentes; primo pueri, deinde viri, tandem mulieres.

Si quis (accedens ad baptismum) velit virginitatem vovere (Deo), hic baptizetur primus ab episcopo.

Mulieres, dum baptizantur, solvant comam.

Pueri omnes, qui valent in baptismio (per se) responsum dare, respondent, repetentes verba post sacerdotem: sin autem minime (respondere) valeant, respondeant pro illis eorumdem parentes vel familiaris aliquis ipsorum.

Cum post responsum descendunt baptizandi in aquas, videat episcopus, ne quis vir gerat annulum, vel mulier ornamentum auro confectum: (si) quidem nemini fas est quicquid alienum in corpore habere, dum in aquis est, sed quod habet, tradat iis, qui prope sunt. Cum sint signandi oleo in unctionem, episcopus oret super illud (oleum) et gratias agat, item aliud (oleum) exorcizet exorcismo catechumenorum. Illud quidem, quod exorcizatur, deferat diaconus et prope ipsum sistet presbyter. Qui igitur sistit prope oleum, super quod fit oratio gratiarum actionis, sit in parte dextera, et qui sistit prope aliud (oleum), quod exorcizatur, sit in parte sinistra.

Apprehendens [fol. 347 r. col. 1] (episcopus) singulos baptizandos, qui  
 (1) Cod. B habet دَهْلَلَهَ.  
 (2) Cod. B legit دَهْلَلَهَ.  
 (3) Cod. B habet دَهْلَلَهَ.  
 (4) Cod. S habet دَهْلَلَهَ.  
 (5) Cod. S habet eronee دَهْلَلَهَ.  
 (6) In cod. M دَهْلَلَهَ sine دَهْلَلَهَ.  
 (7) In cod. M دَهْلَلَهَ sine دَهْلَلَهَ.

وَالْمُؤْمِنُونَ إِذَا أَتَوْكُم مُّهَاجِرًا فَلَا يَنْهَا  
 أَنْ يَغْتَسِلُوا وَلَا يَنْهَا أَنْ يَعْمَلُوا حِلْيَةً  
 وَلَا يَنْهَا أَنْ يَطْعَمُوا لِلْمُؤْمِنِينَ إِذَا  
 أَتَوْكُم مُّهَاجِرًا إِنَّمَا نَهَا أَنْ يَعْمَلُوا  
 حِلْيَةً لِمَا يَرِيدُونَ إِنَّمَا نَهَا أَنْ يَطْعَمُوا  
 الْمُؤْمِنِينَ إِذَا أَتَوْكُم مُّهَاجِرًا إِنَّمَا  
 نَهَا أَنْ يَطْعَمُوا الْمُؤْمِنِينَ الَّذِينَ  
 هُمْ أَقْرَبُ إِلَيْكُمْ إِنَّمَا نَهَا أَنْ يَعْمَلُوا  
 حِلْيَةً لِمَا يَرِيدُونَ إِنَّمَا نَهَا أَنْ يَطْعَمُوا  
 الْمُؤْمِنِينَ إِذَا أَتَوْكُم مُّهَاجِرًا إِنَّمَا  
 نَهَا أَنْ يَعْمَلُوا حِلْيَةً لِمَا يَرِيدُونَ  
 إِنَّمَا نَهَا أَنْ يَطْعَمُوا الْمُؤْمِنِينَ  
 الَّذِينَ هُمْ أَقْرَبُ إِلَيْكُمْ إِنَّمَا نَهَا  
 أَنْ يَعْمَلُوا حِلْيَةً لِمَا يَرِيدُونَ

se versus occidentem convertunt, dicat: «Dic: *Abrenuntio tibi, satanas, tuo-*  
*que universo cultui, tuis scenis, tuis cupiditatibus, cunctis tuis operibus*»  
 et, postquam haec dixerit et professus fuerit, ungatur oleo exorcizato,  
 dum ille, qui ipsum ungit dicit: «*Ungō (te) hoc oleo ad liberationem*  
*ab omni spiritu pravo et impuro et ad liberationem ab omni malo.*»  
 Hinc illum convertat versus orientem et dicat illi: «Dic: *Submitto*  
*me tibi, Pater, Fili et Spiritus sancte, a quo omnis natura trahidat*  
*et parvit, da mihi ut omnia tua placita sine macula perficiam.*»  
 Deinde episcopus tradat illum presbytero, qui baptizare debet.  
 Baptizandi stent nudi in aquis. Cum baptizando descendat et  
 diaconus simili modo.

Gum itaque baptizandus descenderit in aquas, baptizans manum  
 ei imponens dicat ita: «*Credis in Deum, Patrem omnipotentem?*» et  
 baptizandus respondeat: *Credo.* Et continuo illum prima vice baptizet.  
 Tum sacerdos dicat: *Credis et in Christum Iesum Filium Dei, qui*  
*ex Patre venit, qui a principio cum Patre est, qui ex Maria Virgine*  
*per Spiritum sanctum natus est, qui crucifixus est sub Pontio Pilato,*  
*mortuus est, resurrectus tertia die reviviscens ex mortuis, ascendit in*  
*celum, sedet ad dexteram Patris, et venturus est ad iudicandos vivos*  
*et mortuos?* et cum ille respondeat: *Credo.* eundem secunda vice  
 baptizet. Deinceps dicat: *Credis et in Spiritum sanctum; in Ecclesiam*  
*sanctam?* et qui baptizatur dicat: *Credo;* et illum tertio baptizet.  
 Deinde, cum ex aqua ascendit, ipsum ungat presbyter oleo, super  
 quod gratiarum actio recitata fuit, dicens: «*Ungō te oleo in nomine*  
*Iesu Christi.*»

Mulieres a viduis habentibus praecedentiam sessionis ungantur,  
 cum presbyter recitat super illas (formulam). Item in collatione baptismi  
 eadem viduae intra velum teneant mulieres obducto velo, cum epi-

(<sup>1</sup>) Addendum est hic verbum *تَعَالَى*.

(<sup>2</sup>) In cod. B legitur *تَعَالَى* *عَلَيْكُمْ*.

لَمْ يَكُنْ لَّهُ مِنْ أَعْلَمْ بِهِ مِنْ أَنْ يَعْلَمَ مَا يَعْلَمُ إِلَّا مَا يَشَاءُ<sup>(١)</sup>. فَلَمَّا كَانَتْ الْأَوْلَى مِنْ أَنْ يَعْلَمَ مَا يَعْلَمُ إِلَّا مَا يَشَاءُ<sup>(٢)</sup>. فَلَمَّا كَانَتْ الْأَوْلَى مِنْ أَنْ يَعْلَمَ مَا يَعْلَمُ إِلَّا مَا يَشَاءُ<sup>(٣)</sup>. فَلَمَّا كَانَتْ الْأَوْلَى مِنْ أَنْ يَعْلَمَ مَا يَعْلَمُ إِلَّا مَا يَشَاءُ<sup>(٤)</sup>.

لَمْ يَكُنْ لَّهُ مِنْ أَعْلَمْ بِهِ مِنْ أَنْ يَعْلَمَ مَا يَعْلَمُ إِلَّا مَا يَشَاءُ<sup>(٥)</sup>. فَلَمَّا كَانَتْ الْأَوْلَى مِنْ أَنْ يَعْلَمَ مَا يَعْلَمُ إِلَّا مَا يَشَاءُ<sup>(٦)</sup>. فَلَمَّا كَانَتْ الْأَوْلَى مِنْ أَنْ يَعْلَمَ مَا يَعْلَمُ إِلَّا مَا يَشَاءُ<sup>(٧)</sup>. فَلَمَّا كَانَتْ الْأَوْلَى مِنْ أَنْ يَعْلَمَ مَا يَعْلَمُ إِلَّا مَا يَشَاءُ<sup>(٨)</sup>. فَلَمَّا كَانَتْ الْأَوْلَى مِنْ أَنْ يَعْلَمَ مَا يَعْلَمُ إِلَّا مَا يَشَاءُ<sup>(٩)</sup>. فَلَمَّا كَانَتْ الْأَوْلَى مِنْ أَنْ يَعْلَمَ مَا يَعْلَمُ إِلَّا مَا يَشَاءُ<sup>(١٠)</sup>.

scopus profert formulas professionis; itemque dum profert formulas abrenuntiationis.

## IX.

Cum itaque congregati simul fuerint in ecclesia, episcopus imponeat super illos manum et dicat sic proferens super illos

*Invocationem Spiritus sancti.*

Domine Deus, qui per dilectum Filium tuum Jesum Christum sanctos tuos apostolos Spiritu tuo sancto replevisti; qui per eundem Spiritum concessisti, ut beati prophetæ tui loquerentur; qui dignos effecisti [col. 2] hosce famulos tuos, ut per Christum tuum merecentur remissionem peccatorum per lavacrum regenerationis, atque ab iis omnem caliginem erroris tenebrasque infidelitatis abstergeristi, fac ipsos per tuam philanthropiam dignos, qui tuo Spiritu sancto repleantur, tribuens eis tuam gratiam, ut serviant in veritate tibi, Deus, secundum tuum placitum, sancteque præcepta tua adimpleant, ut, præstantes omni tempore, quæ sunt voluntatis tuæ, ingrediantur in tabernacula tua æterna per te et per dilectum Filium tuum Jesum Christum, per quem tibi gloria et imperium cum Spiritu sancto in saecula saeculorum.

Similiter (episcopus) oleum infundens et manum super caput ejus (i. e. recens baptizati) imponens dicat: *Ungendo ungo (te) in Deo omnipotenti, in Christo Iesu et in Spiritu sancto, ut sis operarius habens fidem perfectionis et vas ipsi gratum.* Et signans illum in fronte, det ipsi pacem dicens: *Deus humilium sit tecum;* et qui obsignatur respondeat: *Et cum spiritu tuo.* Et ita cum singulis faciat.

## X.

Hinc (recens baptizati) una cum universo coetu orient.

Oblatio a diacono deferatur (ad episcopum) et ab episcopo gratiae agantur.

Panis quidem offeratur in typum corporis mei, calix vero miscetur

<sup>17\*</sup>

<sup>(1)</sup> Videlicet legendum *لَمْ يَكُنْ* (لَمْ يَعْلَمْ) (لَمْ يَعْلَمْ).

<sup>(2)</sup> Cod. M. B. habent erronee *لَمْ يَعْلَمْ*.

<sup>(3)</sup> In cod. B deest *فِي*.

<sup>(4)</sup> Sic legitur in cod. B. — Cod. M habet *لَمْ يَعْلَمْ* (لَمْ يَعْلَمْ).

<sup>(5)</sup> Sic legitur in typum corporis mei, calix vero miscetur

(<sup>1</sup>) Deest δέστη in cod. M. et in cod. S.  
 (<sup>2</sup>) Cod. S legit erronee φαλιτοῦ.  
 (<sup>3</sup>) Cod. B legit φαλιτοῦ ἕντειν λέγει.  
 (<sup>4</sup>) Desunt in cod. B a verbo τοῦ προτίθεται usque ad τοῦ προτίθεται.

(<sup>2</sup>) Valde corruptus fuit hic locus in versione copto-arabica. Sic enim ibidem legitur «*Nemo sicut mysteria regni celorum ante susceptum s. baptismū Hæc est oblatio, quæ habet nomen novum, quam nemo potest scire, nisi qui meruit baptismū evangeliū.*»

(<sup>3</sup>) Interpres copto-arab. omisit eucharistiam *a diacono* sub ultraque specie præbendam esse fidelibus.

vino cum aqua mixto ad significantum sanguinem et aquam lavacrum et homo interior, qui spiritualis est, mereatur ea, quæ sunt similia, quemadmodum et corpus. Omnes juxta praedita sumant ex eucharistia, quæ offeruntur, dicentes: *Amen. Diaconi circumvolvent flabelas?* Et, uti præcedenter dictum fuit, ille, qui dat communionem, dicat: *Corpus Iesu Christi, Spiritus sanctus, in sanationem (medicinam) animæ et corporis.* Et qui suscipit respondeat: *Amen.*

Qui effundit (sanguinem) ex calice,<sup>(<sup>2</sup>)</sup> judicium sibi comparat: item qui videt et tacet, quin illum (i. e. effundentem calicem), quisque ipse fuerit, reprehendat.

Incentur suscipientes eucharistiam a sacerdotibus ad bona opera sollicite facienda, ad diligendos peregrinos, exhibendumque (Deo) famulatum in jejunio et in omni bono opere.

Idem etiam doceantur dogma resurrectionis corporum<sup>(<sup>2</sup>)</sup>: ante enim susceptum baptismum, nemo verbum de resurrectione cognoscat. Hoc est enim statutum novum, habens nomen novum, quod nemo noscit, nisi qui suscipit (eucharistiam).

[col. 3] Diaconus<sup>(<sup>3</sup>)</sup> ne prebeat communionem eucharisticam presbytero, sed discoperiat patenam vel pyxidem, et presbyter ipse (ex illa) sumat.

Diaconus populo communionem distribuat manu.

Absente presbytero, et necessitate urgente, diaconus baptizet.

(<sup>1</sup>) Deest δέστη in cod. M. et in cod. S.

(<sup>2</sup>) Cod. S legit erronee φαλιτοῦ.

(<sup>3</sup>) Cod. B legit φαλιτοῦ ἕντειν λέγει.

Si quis accipit aliquod donum (i. e. cibum) deferendum ad viduum vel ad mulierem pauperem vel ad aliquem, qui assidue occupatur ecclesiasticis negotiis, eo ipso die illud donet; si autem in crastinum illud apud se differt, addat aliiquid ex suo et sic donum illud auctum det. Panis enim pauperis apud ipsum diu moratus est.

(<sup>4</sup>) Versio copto-arab. simili modo cavendum esse addit, ne quid ex fragmentis panis eucharistici super terram decidat.

لَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكِيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (١) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (٢) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (٣) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (٤) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (٥) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (٦) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (٧) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (٨) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (٩) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (١٠)

وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (١١) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (١٢) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (١٣) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (١٤) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (١٥) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (١٦) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (١٧) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (١٨) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (١٩) وَلَمْ يَرْكَنْدُوا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً لِلْمَسْكَنِ وَلَا لِلْمَسْكَنِ مُلْكَيَّةً  
لِلْمَسْكَنِ. (٢٠)

Feria quinta ultimæ hebdomadæ paschæ offeratur panis et calix;  
et qui passus est pro eo, quod obtulit,<sup>(1)</sup> ipse est qui accedit.  
Offeratur lucerna in templo a diacono, qui dicit «Gratia Domini  
nostri cum omnibus vobis», et omnis populus respondet «Et cum  
spiritu tuo».

Psalmos spirituales dicant pueruli, et cantica ad accessionem  
lucernæ. Universus populus psallens voce consona respondeat: «Alle-  
luja.» Nemo autem genua flectat, donec is, qui dicit, desierit. Item si  
lectio legitur, vel doctrinæ verbum profertur.  
Quando itaque nomen Domini profertur, vel cetera alia, ut supra  
commemoratum fuit, nemo se inclinet, ingrediens reptans.

## XII.

Paschæ solutio fiat media nocte, quæ sequitur sabbatum.

In Pentecoste nemo jejunet, neque genua flectat: sunt enim illi  
dies quietis et latitiae.  
Qui oneribus laboris gravantur, sese recreent aliquantulum diebus  
pentecostes, et quavis die dominica.  
Episcopus ante oblationem sacrificii congruenter dicat dicenda  
ad oblationem, cum alba induiti ab invicem suscipientes dicant  
«Alleluja.»

## XIII.

In cena aut in convivio sumant (fractionem) ii, qui proximi sunt  
pastori, tamquam ad benedictionem. Catechumenus autem non recipiat.  
Qui familiaris aut consanguineus est magistri rerum profanarum,  
non permitat, ut ille secum laudet, neque cum illo edat ratione con-  
sanguinitatis aut ob congruentiam, ne forte ea, quæ ineffabilia sunt,  
tradat lupo, et ipse sibi judicium assumat.

Mossulano tum in Borgiano. Interpres copt-arabs sic predictum locum exhibet: «Feria  
quinta ad vespers offerat sacerdos panem et calicem mixtum aqua et vino ad  
implendum mysterium paschæ. Item faciat die sabbati.»

<sup>(1)</sup> Sic vertimus ad verbum locum istum obscurum, prout legitur tum in codice

بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ  
كُلُّ حَمْدٍ لِلَّهِ إِلَهِ الْعَالَمِينَ.  
لَا إِلَهَ إِلَّا هُوَ الْحَمْدُ لِلَّهِ إِلَهِ الْعَالَمِينَ.  
أَنْتَ أَنْتَ إِنْ شَاءْ كُلَّ مُكْثَرٍ لِلَّهِ تَعَالَى إِذَا حَمَدَ  
بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ  
لَا إِلَهَ إِلَّا هُوَ الْحَمْدُ لِلَّهِ إِلَهِ الْعَالَمِينَ.  
أَنْتَ أَنْتَ إِنْ شَاءْ كُلَّ مُكْثَرٍ لِلَّهِ تَعَالَى إِذَا حَمَدَ  
بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ  
لَا إِلَهَ إِلَّا هُوَ الْحَمْدُ لِلَّهِ إِلَهِ الْعَالَمِينَ.  
أَنْتَ أَنْتَ إِنْ شَاءْ كُلَّ مُكْثَرٍ لِلَّهِ تَعَالَى إِذَا حَمَدَ

Qui cum episcopo vocantur ad domum viri fidelis, edant moderate atque cum discretione, neque (bibant) ad ebrietatem aut (manducent) ad intemperantiam, neque ita ut ad risum moveatur, qui prope adstat, vel morere afficias domum illius, qui advocavit. [fol. 347 v. col. 1] Potius sic ingrediantur domum illius, qui invitavit, ut poscat<sup>(1)</sup> is, qui vocavit, ut sancti suam domum ingrediantur. Audistis enim vos esse sal terra. Qui comedunt, comedant quidem abundantanter, sed ita ut superabundent reliquæ tum vobis, tum iis, ad quos, qui invitavit, vellet mittere aestimans cibum, qui superbundavit, tamquam relictum a sanctis et de illo gaudentis.

Invitati, dum consistunt in convivio, ne extendant manus ante seniores, sed tum incipiunt manducare secundi, cum primi jam desierint. Edentes ne certent colloquio, sed edant in silentio. Si tamen quis cupiat aut episcopus vel presbyter interroget, responsum det. Episcopo autem verbum proferente, quivis submisso laudet, sibi silentium seligens, donec interrogetur.

## XIV.

Qui fructus aut primos proventus segatum primitias vult offerre, offerat episcopo.

## XV.

Si migraverit ex saeculo vir vel mulier fidelis, cui sunt filii, dent ipsorum bona ecclesia; ut illa filiorum agat curam, et ut ex iis, quae habent, etiam pauperes subleventur, ut sic Deus filii concedat gratiam et iis, qui reliquerunt, requiem.

Qui non habet liberos, ne plura possideat bona, sed ex iis, quæ possidet, distribuat multa pauperibus et in carcere detentis, sibi reservans ea, quæ congruant et sufficiant.

Qui liberos habeat, cupiatque secedere tamquam ad vovendam virginitatem, distribuat omnia bona pauperibus, et secedat ad asceticę debisset: *ut gloriatur . . . sanctos suos dominum ingressos esse.*

vivendum, marieatque apud ecclesiam perseverans in orationibus et gratiarum actionibus.

## XVI.

Episcopus ita benedicat oblatos sibi fructus:

«Cratiam agimus tibi, Deus, omni tempore et hac etiam die, in qua tibi offerimus primitias fructuum, quos nobis in escam dedisti, tuaque virtute et verbo perfectisti. Tu enim in exordio mundi constitutionis jussisti terram, ut grigneret fructus varius in jucunditatem et voluptatem hominum, cunctorumque animalium. Quocirca laudamus te, Domine, pro omnibus istis, quibus nobis beneficisti, cum exornasti nobis terram varii fructibus. Benedic et famulum hunc tuum N., acceptumque habe ejus studium et charitatem per Filium Unigenitum tuum Jesum Christum, per quem tibi gloria, honor et imperium cum Spiritu sancto per omnia saecula saeculorum. Amen.»

Olera autem non benedicantur, sed fructus arborum, flores, rose et lilia.

## XVII.

Fideles, quidquid sumentes vel manducantes, laudent, gratiasque agant, neque cum offendiculo vel scandalo edant.

Nemo suffocatum vel idolothyrum [col. 2] gustet.

## XVIII.

Diebus pasche, presertim ultimis, (nempe) feria sexta et sabbato, diu nocturne fiant tot orationes, quot cantica. Concio vero sit prolixa, lectionesque variae et crebrae. Vigilae et anticipations nocturnae bono ordine peragantur.

## XIX.

Diaconus, qui transeunt inter mulieres, ne ibidem forte reperiantur pueri inordinati, adjungent lectores. Idem prestant hypodiaconi. Ne sinant autem pueros dormire. Est enim illa nox, maxime autem, quæ subsequitur sabbatum, imago regni celorum.

(<sup>1</sup>) Idem cod. S habet *تَهْلِي*.

(<sup>2</sup>) In cod. B desunt *أَنْتَ* *لَهُ*.

(<sup>3</sup>) Cod. B habet *كَمْ*.

(<sup>4</sup>) Ibid. legitur in forma sing.

Qui laborant et defatigantur, usque ad medium noctem defatigentur.  
 Primo dimittantur catechumeni, suscientes benedictionem ex  
 fractione panis (i. e. eulogiam).  
 Fideles cum dimittuntur, ordine et cum discretione se conferant  
 ad suas domos; neque prætermittant orationem in suis conviviis.  
 Sacerdotes ne interrumpant sua ministeria.

Mulieres discendant, quælibet sequens proprium virum.  
 Vidiæ usque ad tempus matutinum maneant in templo, habentes  
 ibidem cibum.

Virgines simul maneant in templo, et episcopus open iis ferat  
 curamque gerat earum, diaconique ipsis ministrant. Presbyteræ maneant  
 apud episcopum usque ad tempus matutinum, orantes et requiescentes.  
 Pariter et recens baptizati.

Virgines (seu puellæ) nuptiæ comitentur matres suas et pergent  
 domum: id enim congruentius est.

**XX.**  
 Jubeat episcopus proclamari, ne quis quidpiam gustet, donec sacri-  
 ficium expletum fuerit, et universum ecclesiæ corpus novam escam  
 suscipiat.  
 Tunc ab initio vesperis baptizandi baptizentur post unam  
 lectionem.  
 Si quis, antequam communionem eucharisticam suscipiat, aliquid  
 manducaverit, fit reus, et nequaquam ipsi imputabitur (in meritum)  
 jejunium, quod jejunavit.

Catechumenis, dum dimittuntur, imponatur manus.  
 Si quis fidelium mortbi causa domi maneat, diaconus ipsi deferat  
 sacrificium (i. e. eucharisticam communionem).  
 Cod. M habet *اللهم إله العالمين*.

Qui laborant et defatigantur, usque ad medium noctem defatigentur.  
 Primo dimittantur catechumeni, suscientes benedictionem ex  
 fractione panis (i. e. eulogiam).  
 Fideles cum dimittuntur, ordine et cum discretione se conferant  
 ad suas domos; neque prætermittant orationem in suis conviviis.  
 Sacerdotes ne interrumpant sua ministeria.

Mulieres discendant, quælibet sequens proprium virum.  
 Vidiæ usque ad tempus matutinum maneant in templo, habentes  
 ibidem cibum.

Virgines simul maneant in templo, et episcopus open iis ferat  
 curamque gerat earum, diaconique ipsis ministrant. Presbyteræ maneant  
 apud episcopum usque ad tempus matutinum, orantes et requiescentes.  
 Pariter et recens baptizati.

Virgines (seu puellæ) nuptiæ comitentur matres suas et pergent  
 domum: id enim congruentius est.

**XX.**  
 Jubeat episcopus proclamari, ne quis quidpiam gustet, donec sacri-  
 ficium expletum fuerit, et universum ecclesiæ corpus novam escam  
 suscipiat.

Tunc ab initio vesperis baptizandi baptizentur post unam  
 lectionem.  
 Si quis, antequam communionem eucharisticam suscipiat, aliquid  
 manducaverit, fit reus, et nequaquam ipsi imputabitur (in meritum)  
 jejunium, quod jejunavit.

Catechumenis, dum dimittuntur, imponatur manus.  
 Si quis fidelium mortbi causa domi maneat, diaconus ipsi deferat  
 sacrificium (i. e. eucharisticam communionem).  
 Cod. M habet *اللهم إله العالمين*.

(<sup>1</sup>) Interpres copto-arabs id munus attribuit indiscriminatum presbytero vel diacono.  
 At enim «si vir vel mulier fideles nequeant præ morbo venire ad ecclesiam, deferat  
 mysteria ad illos presbyter vel diaconus»; ubi insuper notandum est loco diaconissæ  
 Testamenti.

مَوْلَى لِهِمْ هُنْ وَلَهُمْ مَوْلَى إِنْ هُنْ بِأَقْرَبٍ إِلَيْهِمْ مَا يَرَوْنَ  
 الْجَنَاحُ يَنْهَا مُجَاهِدٌ إِذَا رَأَى لِلَّهِ مِنْ خَلْقِهِ أَنْ يُقْتَلُ  
 مُجَاهِدٌ مَّا دَعَ إِلَيْهِ اللَّهُ أَعْلَمُ بِمَا يَعْمَلُ  
 فَإِذَا قُتِلَ كُلُّ أُنْهَى إِلَيْهِ لَهُ حُكْمُ الْحَسْنَاتِ  
 إِنَّ اللَّهَ يُحِبُّ الْمُحْسِنِينَ

Si vero presbyter est, qui nequit (ad ecclesiam) venire, presbyter illi (communionem) deferat.

Si mulier prægnans ægrotet, et nequeat observare jejunitum illis duobus diebus, jejunet altera die, sumatque in prima panem et<sup>(1)</sup> aquam, et si nequit accedere (ad ecclesiam), diaconissa ad ipsam deferat communionem.

## XXI.

De iis, qui ægrotant, faciant certiores episcopum, ut episcopus pro facultate eos visitet; ingenti enim solatio afficitur ægrotus, et præsertim, si fidelis est, cum [col. 3] summus sacerdos ejus meminerit.

## XXII.

Ei, qui in ecclesia psallit, virgines et pueri respondeant psallentes. Si et domi privatum psallant duo vel tres, similiter sibi invicem respondant psallentes: similiter et viro.

## XXIII.

Si eogenus aliquis moritur, illi, qui de omnibus curam agunt, current vestire ipsum (i. e. ipsius cadaver). Si moritur peregrinus, qui non possidet locum, in quo sepeliantur, sedant illi locum ii, qui possident, et si ecclesia locum possidet, ipsi det. Item si predictus non habeat indumentum (funebre), det ipsi ecclesia indumentum: si neque habeat, quæ requiruntur ad sepulturam, sepeliantur (suppeditante ecclesia, quæ necessaria sunt).

Si contingat, ut moriatur, qui non reliquit ecclesiæ bona sua, custodiantur bona illa ad tempus, et post unum annum distribuantur pauperibus in suffragium ipsius animæ, quin ecclesia illa sibi adsciscat.

Si quis postulet, ut post mortem unguento conditatur (ipsius caderer), current id diaconi, præsente presbytero.

Si ecclesia habeat cemeterium, ibidemque commoretur, qui custodit

<sup>(1)</sup> Cod. S habet *وَمَا تَرَكَ*.

<sup>(2)</sup> In codicibus M B legitur *وَمَا تَرَكَ*.

<sup>(3)</sup> In codicibus M B habetur *وَمَا تَرَكَ*.

<sup>(4)</sup> Deest *a* in cod. S.

<sup>(5)</sup> In cod. M *وَلَبَّيْتَ*.

(f) Idem interpres copto-arabs sic hunc locum corripit: «Si mulier prægnans ægrotet nequitque jejunitum observare quadragesimale, jejunet feria quarta et feria sexta.»

illud, episcopus provideat ipsi ex oblationibus ecclesie, ne sit oneri  
iis, qui ad cœmeterium accedunt.

## XXIV.

Semper populus curet summo diluculo orare statim, ac ipsi de-  
lecto surrexerint, manusque laverint; inde singuli pergent ad opus,  
quod sibi libuerit.

Current omnes hora tercia orare cum mero et labore, vel in  
ecclesia vel, si non possunt ad ecclesiam se conferre, domi. Illa est  
enim hora, in qua fuit actus in crucem Unigenitus.

Pariter fiat oratio cum mœstitia hora sexta, tunc enim fuit divisus  
dies per tenebras. Sit igitur vox, quæ imitteret prophetas, creaturamque  
lungenem.

Hora quoque nona protrahatur oratio una cum collaudatione, veluti  
ad imitationem animarum eorum, qui laudant Deum haud mendacem,  
qui recordatus est suorum sanctorum, et misit Verbum suum et Sa-  
pientiam suam ad illuminandos ipsos. Ea enim hora vita patuit fidelibus,  
fluxeruntque sanguis et aqua ex latere Domini nostri.

Vespere, cum est initium diei subsequentis, perhibetque imaginem  
resurrectionis (finalis), fecit, ut nos (ipsum) laudaremus.

Media nocte surgant collaudantes et extollentes Deum propter  
(Domini) resurrectionem.

Ad auroram laudent cum psalmodia, quoniam postquam resur-  
rexit (Christus), Patrem laudavit, psallentibus illis (i. e. apostolis).

Necesse est, ut vir fidelis, habens sociam conjugii uxorem (non)<sup>(1)</sup>

fidelem, eat persolvatque orationes memoratis horis.

Qui sunt casti, ne omittant (ullam ex dictis horis orationis): laudant  
enim (Deum) ornamenta [fol. 348 r. col. 1] cœli, luminaria, sol, luna, stelle,

<sup>1</sup> Ex versione copto-arab. videretur legendum ዘመኑ አስተካርድ ለረሱ መመሪያ ጥሩ.

<sup>(1)</sup> Vid. notam ad hunc locum in textu syriaco.

fulgores, tonitrua, nubes, angeli, archangeli, gloriae, dominaciones, tota  
militia, abyssi, maria, flumina, fontes, ignis, ros et omnis natura imbre  
gignens, laudant quoque omnes sancti et omnes animæ justorum.

Qui itaque orant, connumerantur in recordatione Dei.

XXV.

Hæc cum adimplebitis fideles, alteri alteros docete et admonete,  
efficients, ut catechumeni progrediantur, atque diligentes omnes: (quod  
si perficeritis) nunquam peribitis, sed vos eritis in me et ego  
in vobis.

Sit semper fidelis sollicitus, ut antequam cibum sumat, fiat  
particeps eucharistiae, ut evadat nesciens laeti.  
Haec docentes et adimplentes liberabimini: neque improba haeresis  
prevalebit super vos.

En modo, quæcumque voluistis, docui vos, uti et noscatis, quæ jam  
vobis sum locutus, vosque docui et præcepi, antequam paterer.

XXVI.

Vos autem potissimum, Joannes, Andreas et Petre, scitis modo  
omnia, quæ vobis dixi, cum vobiscumque essem, quemadmodum et  
quæ per Testamentum hoc, quod cum tradetis gentibus, omni  
tempore adimplebitur Patris mei voluntas permanens, adhibita omni  
cura; et qui audient, fructus bonos ferent.

Scitis, quod vobis dixi, non posse scilicet arborum bonum facere  
malos fructus: facite igitur omnia, quæ vobis tum palam tum in ab-  
scondito mandavi, et Deus pacis erit vobiscum.

XXVII.

Procidentes adoravimus eum dicentes: Gloria tibi, Iesu, nomen  
lucidum, qui nobis tribuisti scientiam mandatorum tuorum, ut nos  
similes tibi simus, omnesque qui obtemperant tibi.

(<sup>1</sup>) Cod. M habet λατα.

(<sup>2</sup>) In cod. B deest οὐδείς.

بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ  
 أَنْتَ أَكْبَرُ  
 إِنَّمَا تَعْلَمُ مَا فِي السَّمَاوَاتِ وَالْأَرْضِ  
 وَمَا يَرَى  
 الْفَقِيرُ إِلَّا مَا أَنْتَ مَعَهُ  
 إِنَّمَا تَعْلَمُ مَا فِي السَّمَاوَاتِ وَالْأَرْضِ  
 وَمَا يَرَى  
 الْفَقِيرُ إِلَّا مَا أَنْتَ مَعَهُ

(<sup>1</sup>) Cod. B scribe ~~سَارِقُوا~~.

Postquam locutus est docens nos, haec mandans, ostenditque sanationes, virtutesque multas, sublatius est a nobis relinques nobis pacem.

Hoc Testamentum scriptis consignarunt Joannes, Petrus et Matthaeus, Hierosolymisque miserunt exemplaria per Dosithæum, Sillam, Magnum et Aquilam, quos elegerunt mittendos ad omnes mansiones. Amen.

*Explicit liber secundus Clementis. Conversus fuit ex lingua græca in syriacam a Jacobo paupere anno 998 grecorum.*

---